

1579

C O D I C E S

1580

Viennensi a Leonbardo Ep. Pataviensi 20. ejusd. mens. 1451.

DCLXXII.

R. 1998 Codex partim membraneus, partim chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 137. f. rubricis distinctus et olim *Fratrum Cartusiensium prope pragam* continet *Bonum universale de Apibus*; ita enim *Thomas de Cantimprato*, vulgo *Cantipratanus* O. P. binos Libros *fusos de Praelatis et de Subditis* dici voluit teste Praefatione ad *Humbertum* generalem Ministrum Ordinis. Extat Opus piis narratiunculis scatens saepius impressum, et a me jam relatum *Vol. I. P. 2. col. 1340.* ubi tamen *Librum II.* deesse dixi. Hic vero integrum est, sed contra Autoris mentem *Liber II.* divisus in duos ita, ut *fol. 53.* incipiat *Tertius* a *Cap.* videlicet: *Videas de claustris alias esse sollicitas &c.* quod in Codice est *LIII.* in Editione vero *Parisiensi f. a. f.* curata a *Bonafpe Puteano XXVII.* cujus diversitatis ratio est, quod in Codice *Liber II.* non ordiatur a novo Capitum numero, sed numeri *Libri I.* ulterius continentur. Ad calcem nobis: *Explicit liber bonus de Apibus,* et Index alphabeticus Rerum.

Galienus. *Omnibus assuetam iubeo servare dietam.*

Ypocras. *Approbo sic esse, nisi sit mutare necesse.*

Ad c. 8. quatuor Temperamenta:

Sanguineum. *Cantans carnosus satis audax atque benignus*

Largus amans bilaris ridens rubeique coloris.

Chole-

Praetenta est Codici Membrana partem Catalogi vetustae cujusdam Bibliothecae monasticae exhibens, e qua fortasse tolli vellet *Summa palladij rutili tauri emiliani in opus agriculture*, et *Summa que dicitur flores distaminum magistri petri de vineis.*

DCLXXIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 912 XIV. Folior. nunc 256. f. maj. per duas columnas luculente beneque perscriptus, coloribus illustratus et olim Collegii S. J. *Vienne* complectitur *Bartholomaei de Glanvilla*, dicti *Anglici* O. M. qui vivendo hujus Codicis aetatem adtingere potuit, *Libros XIX. de Proprietatibus Rerum* saepius prelo proditos, saepius a me relatos, ita tamen, ut *Liber I.* et *II.* exciderint, et a *III.* ita ducatur initium: *Adiuuante ihesu christo in precedentibus aliquas proprietates de substantia penitus incorporata &c.* A *Libro IV.* incipiunt pullulare Summaria in marginibus, eaque a prima manu, Versus item ad materiam, quae in Textu tractatur, adpositi, quorum aliquos delibabo. Ad *L. IV. c. 4.*

1581

A S C E T I C I.

1582

Cholericum. *Hirsutus fallax irascens prodigus audax
Astutus gracilis siccus croceique coloris.*

Phlegmaticum. *Hic somnolentus piger in sputamine multus
Est hebes huic sensus pinguis facies color albus.*

Melancholicum. *Humidus et tristis cupidus dextraeque tenacis
Non expers fraudis timidus luteique coloris.*

L. V. c. 36. *Cor sapit. pulmo loquitur. cogit amare iecur.
Splen ridere facit. alit sanguis. fel mouet iram.*

L. VI. c. 6. *Femina fax sathane. rosa fetida. dulce venenum.
Una manus risum femine, fert altera fletum.*

Eod. ad c. 16. 17. 18.

*In claustro Cbristi semper sunt quattuor isti
Cum Ihesu Judas, cum Simone fur Ananias. —
Tu seruire mihi si vis, promittere debes,
Ut non sis dominus, medicus, propheta, sacerdos. —
Tu mihi qui seruis, dabo, quod vis, si bene seruis.
Si seruis, quod vis, dabo, quod uolo, non dabo, quod uis.*

Ad c. 20. *Escae presentes benedic Deus et comedentes.
Potum seruorum benedic Deus alme tuorum.
Thau super hunc postem signatum terreat hostem.
Hospitii rector sit semper fortis ut Hector,
Sit semper sanus ut quondam Matusolanus.
Cum tibi prebemus leto vultu quod habemus,
Dicas esse satis, quod conferimus tibi gratis.
Contra quis hoc dictum nummum petit uel amictum,
Non sit delictum, si quis sibi porrigit ictum.*

L. XVII. c. 124. *Si de fronte pirum, pomum de stipite radis,
Rusticitate tua dignus ab urbe cadis.*

L. XVIII. ad c. 38. *laudatur E- ra ut Ceruus, culum amplum ut
quus habens caput siccum ut Luci- Femina, oculos claros et siccos ut
us, dorsum planum ut Anguilla, Catus.
pectus latum ut Leo, gracilia cru-*

Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

Gg

L. XIX.

1583

C O D I C E S

1584

L. XIX. c. 61. *Lac mater mundi lactanti vim dabit omni.
Crema datur dignis, dabitur balluta malignis.*

Crema id est milchräum, Balluta id est Chaeßwazzer. Opportune accidit rō *Balluta* exponi ab ipso harum Notarum Autore; neque enim apud *Ducangium, Carpentarium, Wachterum* reperi. Simul patet, eum *Germanum* fuisse, id, quod magis confirmat adjuncta sub finem Tabula, qua 12. pi-

curatis orbibus pro numero mensium exhibentur affabre deargentati Pisces 28. videlicet, quorum singulis mensibus captura praecipue exercetur. Addita sunt iis Nomina germanica, e quibus sequentia difficulter in Glossariis reperies:

*Adilfaelk.
Agmal.
Alaeut.*

*Baltrifch.
Baumwell.
Blafelk.*

*Gaengfisch.
Gewelfisch.
Julank.*

*Kilchling.
Knage.
Roet.*

Mihi quidem ad *Germaniam* inferiorem pertinere videntur.

Ad compingendum praeclarum Codicem adhibitae sunt Membranae ejusdem aevi, quarum anteriores duae continent 1) prolixiorem Descriptionem Paschatis et Pentecostes hoc initio: *Trans-eunte domino per egyptum egyptiorum domorum ubi postes cum superliminaribus fuerunt tunc liniti &c.* Et de Pentecoste: *Pentecostes fuit festum sollempne apud hebreos sicut est moderno tempore &c.* Nescio, unde haec excerpta sint. 2) Init Narratio de *Secundo* Philosopho et *Hadriano* Imp. hoc modo: *Secundus philosophus. hic probatus est omni tempore silentium seruasse &c.* Descripta sunt haec e *Vincentii Bellovac. Speculo Historiali* L. XI. c. 70. et 71. ducta fortasse e Narratiuncula graeca, cujus *Απογγραφον* fuit apud *Fabricium*, ut ipse testatur *Bibl. gr.* L. II. c. 13. p. 517. ubi plu-

ra de Responsis hujus Philosophi Imperatori scripto datis, quae mihi objacent cum ex edit. *Holstenii Lugd. Bat. 1639.* 12. tum *Phil. Labbei* addita ejus *Notitiae Dignitt. Imp. Rom. Paris. 1651.* 12. Et haec quidem Exempla tam inter se, quam a Codice nostro variant; variat vero ipse etiam Codex a *Vincentio*, ut in collatione cum principe hujus Editione *Menteliniana* deprehendi. Praeter alia multa diversa *Dies* ibi plane omititur, qui nobis est: *Stadium laboris. duodecim signorum cursus. principium cottidianum. eterna computatio*, ut in graeco *Holstenii* Exemplo: *Σταδιον κακοπαθειας, δωδεκαωρος διαδοχη, ἀρχη καθημερινη, αιωνιον ἀγιδμημα*, ubi tamen 4. aliis Definitionibus plures sunt. Omititur etiam ab omnibus *Caelum*, quod nobis est: *Spera volubilis. culmen immensum*, et *Agricola*, qui nobis incipit: *Minister laboris. Hemi* — — — in quo, quod

XIX J

69

Cod. Theol. N. O. 11. 11. 11.

1585

A S C E T I C I.

1586

quod dolendum, membrana definit. Postica Descriptionem Mensium mutilam continet deficiente Martii initio, et fine Augusti. Initium nunc est: *apud hebreos mensis adat apud grecos vocatur dul-tum et habet XXX. dies. Nox eius habet horas 12. In mense enim marcio est equinoccium &c.* Menda multa occurrere etiam e pictura Miji discas: *Depingitur iuuenis equitans et egestans uoluntatem super manum. Lege gestans uolucrem; id enim antiqua Calendaria picturata docent.*

DCLXXIV.

R. 22 Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. 193. f. per duas columnas multis uocum compendiis exaratus, coloribusque distinctus Opus complectitur de *Proprietatibus Rerum* tacito Autore, qui est *Barth. de Glanvilla*, seu *Glaunville O. M. Anglus*, medio Sec. XIV. clarus, ut adeo Codex ejus aetatem adtingat. Prooemium, quod insit: *Cum proprietates rerum sequantur substantias, secundum distinctionem et ordinem substantiarum erit ordo et distinctio proprietatum &c.* Operis divisionem in XIX. *Libros* indicat, qui agunt de Deo, Angelis, Anima, Elementis, Corpore humano et deinceps omnibus Rebus creatis, quibus subdit Autor: *In istis XIX. libellulis rerum naturalium proprietates summatim et breuiter continentur, prout ad manus meas spice, que effugiunt manus metentium, pertingere potuerunt. In qui-*

bus de meo pauca uel nulla apposui, sed omnia, que dicentur, de libris authenticis sanctorum et philosophorum excipiens sub breui compendio compilauit. Porro *Εγκυκλοπαιδεια* hanc suam ita aeuo suo commendavit Noster, ut non tantum lingua latina extent uetustae Editiones, quarum longum Catalogum texere possis e *Maittaire*, meoque ad illum *Supplemento*, verum etiam in alias uersa fit, ut editio Belgica *Harlemi 1485.* Gallica *Lugduni 1487.* Hispanica *Tolosae 1494.* Anglica *Londini s. a.* quae mihi in Bibliotheca Palat. ad manum sunt, testantur. Germanicam adhuc quaero. *Codex* noster imperfectus a Librario destitutus est; deest enim L. XVIII. c. ultimum de *Vipera*, et totus Liber XIX. quanquam membranae superfuissent. De Autore agunt inter alios *Waddingus* in *Bibl. Ord. Oudin* T. III. col. 969. *Tannerus* in *Bibl. Brit. Hib.* p. 326. Olim audiebat passim *Bartholomaeus Anglicus.*

DCLXXV.

Codex membranaceus lat. ejusd. R. 479 Sec. Folior. 293. f. per duas columnas caractere crasso perscriptus, et coloribus illustratus aliud Exemplar est praecedentis Operis, illique in subsidium ueniens; continet enim extrema illa omnia, quae ibi deesse dicebam. Verum haud impune; nam Iconismi fortasse picturati causa abscutum est improba manu primum Folium, ita, ut nunc initium sit ab his L. I.

G g 2

c.